



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

45 [i.e. 46]. Sinas Tartari ingr. dùm Christi lex eiicitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

quot ethnicorum ad Baptismum perductis frugiferæ. Præter culturam Neophytorum assiduam, sed pompæ ac publico cauentem.

Nunc tempus mutandi prolixissimi argumenti, & suspiciendi cum multis sapientibus Sinarum, diuini arcanum consilij, cuius nutu in Sinas Tartari subeunt, dùm Euangelij præcones, & Christi lex ab austro extra Sinas à Rege pellitur, fuitque strages impressionis illius in regnum prior, imperij aditus quod subinde tentatum, paucis denique ab annis Tartari occuparunt, magno Religionis veræ compendio. Certis enim ad nos perlatum est literis P. Ioannem Adamum Scial familiariter vsum comitate qua dignabatur illum Tartarus Sinarum Imperator, impetrasse ex eo nostris vndecumque gentium venissent, liberos in Regnum aditus, facultatem diuinæ legis promulgandæ, & ædificandi Deo templa, nulli Mandarinorum iuri, potestative obnoxiam. Iam si velim belli huius causas, casusque persequi, vbique Sinenibus funestos, longè extra lineas iero, meque ab iis idcirco libenter abstineo ne illos impugnem, qui longè ab iis diuersa scripserunt quos rerum gestarum habemus testes panè oculos, dumtaxat ex his libellum hic reddo quo Præses Senatus bellici, Sinarum Regem Vanliè conuenit anni 1618. Augusto mense, quòd multa ex eo in præsens non parum faciant. [Hoc, aiebat, imperij vestri sexto & quadagesimo, Luna sexta, Sciancius tribunalis Pimpu Pechinensis hunc Regi libellum porrigit, occasione Tartarorum qui perfracto à Septemtrione magno muro, in Leaotunum Prouinciam inundarunt. Terogat ò Rex quàm demississimè! vt rem tantè cures, ararium sine mora pandas, militem conscribas, comteatum pares. Eam ob rem opus est vt noris quod Mandarinum sub muro agentes Septemtrionali, hoc mense me monent. Tartaros nimirum tota illa Prouincia affixis palam programmatis edixisse, tantum sibi esse hominum & armorum quantum opus sit ad hunc orbem Sinarum subiugandum; diem quoque prælio dixisse, atque obiisse. Per apertum intereà murum egisse nostros in effusam fugam, ingentem eorum cepisse numerum, eosque pridè quàm confligeretur sacrificasse, magnis vocibus Ducem suam, Pechini Regem acclamantes. Ducit aliquot centena hominum millia; neminem ex iis non egregiè armatum. Prodiere in pugnam ex nostris Duces octo supra nonaginta: duo in iis supremi; milium millia trecenta, pugnatum, debellati Sinæ, Duces duodequadraginta periere, alter ex duobus supremis; caesorum numerus infinitus; capta multa millia; proculcati in fuga, & receptu ad mille, interfecti ex Præfectis Sexcenti; viciniore campo vrbes tres habitatoribus vacuas, eodem prælio occuparunt. Ad hæc tam funesta conuenimus Colaus & cæteri aulæ istius Mandarinum, consulturi vnà de vitando tam præfenti, & graui periculo. Videtur cælum, dicere liceat, iratum nobis, pro hostibus stare, alioquin iis ad tantam nostrorum non fauisset stragem, nec primo impetu tres vrbes subegissent cælo vindice

Ecc 3

45.
Sinus Tartari
ingr. dùm
Christi lex
eiicitur.

47.
Admonitio
acerrima ad
Regem Sin.